Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



feciſti, cecis uiſum donaſti, qui paſsus es ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et ſepultus, deſcendiſti ad inferna, et conculcaſti aculeum mortis, tertia die reſurrexiſti, et apparuiſti apoſtolis, aſcendiſti ad coelos, ſedes ad dex-teram dei patris omnipotentis, inde uenturus es iudica-re uiuos et mortuos, et reddere unicuiq; ſecundum opus eius: Jubeat domine pietas tua daemonia recedere ab homine iſto. N. et ſine omnem incurſum diabolicum, non nobis domine non nobis domine, ſed nomini tuo da gloriam: Super miſericordiam tuam et ueritatem tuam, ne quando dicant gentes, ubi eſt Deus eorum, qui uenturus eſt. etcꝰ.

Omnipotens et miſericors deus, maieſtatem tuam ſuppli-ces deprecamur, impera Diabolo, qui hanc famulam detinet. N. ut ab ea recedat, et libera eam quæ credit in uerum liberatorem dnm. Jeſum Chriſtum, ut ex-purgata ab omni abhominabili iniquitate, maieſtati tuæ pura mente deſeruiat, conſecuta gratiam ſpiritus ſancti: Non ego impero tibi, nec peccata mea immun-diſsime ſpiritus, ſed imperat tibi agnus immaculatus Jhesus Chriſtus dominus noſter Deus dei filius. Vrgeant te angeli, urgent te archangeli, urgent te Apoſtoli, Vr-gent te Prophetæ, urgent te Martyres, urgent te con-feſsores, Vrgent te Virgines. Deficiant ergo artes dia-